

Interpretatione iam non cum propria congruit, estq; regularis, et quidem quinti ordinis, ut me puero Sophista loquebantur. Altera predicatio, mea corpus pro vobis datur, prorsus regularis est, sine Tropo enuntians proprium ad iunctum, de proprio subiecto. Sed per musas magister. Tota hac artis ostentatio de predicati one, Affirmata, negata: vera, falsa: usitata, musitata: regulari, irregulari: essen tiali, accidentali: necessaria, contingenti: & Quae sane tam multa distributiones pariter ut ipsa definitio predicationis, cum doctrina enuntiationis ab omni parte coincidunt: nihil est aliud re ipsa, quam otiosa quaedam, ac futiles tautologiae. Et tamen Quantum memoria repeto) in ista potissimum machina explicanda, positum est robur & firmamentum tuae contra Gloriam laboriosissimae dissertationis, quam quasi communem adversarium doctrinae purioris, utinam communi studio, & conuictis (quod a iurat) auxilijs aggressi, patenti coleremus inter nos patig. quam cum ipsius gaudio, ac risu, novis subinde questionibus scripsitandis, classicum ad interina dissidia cane romus. Atq; haec quidem hanc Fenur. Quae sane velim eo putes omnia pertinere, ut intelligas Johannem Molanum, etsi a contentione vehementer abhorret: minime tamen ejus artis ignarum esse, quam Bremae profitetur. Neq; esse ei difficile (si expediat Eccl. scia) tuis Dialecticis questionibus, ex ejusdem artis proprijs praecceptionib; dilucide respondere. Peto autem abs te, tum propter aetatem meam, cui jam non multum spacijs poterit accedere, tum propter tristes Scholae nostrae ruinas, quibus utcumque sarcienti, pro mea quidem virili parte, non facile potero suparesso: ut in tui ipsius muneris administrationem fideliter incumbens, me sinas quietum esse, & (quod mihi semper summae curae fuit) meas res agere, in mea Scholae vocatione. Bene & feciliter vale. Idibus Octob. 1577. Bremae

In Schola,

Johannes Molanus

Nr. 311) Nescio meorum amicorum optime Polyander: quid cause sit cur meo litteris toties salutat, non respondeas. Non equidem scripsi quidquam protervius, neq; aliter quam amicum decet. Et scripsi abs te ipso provocatus, ea quidem de re, quam non nihil etiam inter est mea, diligenter excusam habere & perspectam. Eam si me vis misam facere (cuiq; & Erasmus vester, vestromibi nomine auctor fuit) age fiat. Quam vellem idem persuasum esse is qui nobis negotium facessunt, & clamant tamen nos irrequitos esse. Hanc quoq; mendacem infamiam vis me perferre & pati. age patiar lubens, dum mihi liceat tecto veritatis latere discedere. Ου γὰρ περὶ τῶν λόγων ἡμεῶν ἢ ἐλάττω, ὅυτε ἢ οὐκ ἐπιτηδεύουσιν (ὡς φεσὶν): ἀλλὰ περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ πατρῷου καὶ ἀποδοῦσα τῆς Εκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀποδοῦσασα ἕτεροι κτλ.

Εὐχρηστίαι

M. Erasmus Scholae vestrae Rector. hic fuit cum dulci Compare, quibus valde laeti sumus. Erat nobis in animo eis benefacere, & par fuerat: Sed non licuit perperam, qui apud Erasmus est prior. Non equidem in video: sed illud me male habet, quem hominem ego vera benevolentia complexus sum, apud eum non posse me meam existimationem tueri, quousq; eorum consilijs est intimus, qui sui erroris stabiliendi causa, Molanum rectius institutum, apud plebem & apud optimates deformant. Sed haec misa faciamus. Decrevit V. Senatus huius Reipublicae, ut ad Martini (ut vulgo loquuntur) pateant Curia, & Schola. Vestrum est bene procurari telam de integro exordientibus. Scripsi brevis aliquot Versiculos revocandjs is pueris quinondum alijs obstricti magistris: opitum expectant rerum nostrarum. Non sunt abhuc ~~ultra~~ prorsus sublata ~~ultra~~ pestilentis Vestigia: sed hortatur nos fides, & deserta Juventutis necessitas, ne dum Audemus imprudenciam effugere: nimis timidi fuisse videamur. Deslevi paucioribus Versi culis: quam lacrimis dissipationem duarum nobilissimarum Scholarum totius Germaniae, quae nobis bonarum artium ruinam, rotatq; institutionis calamitatem perforant. Sunt enim quasi patrie lumina, quibus extinctis: mirum in reliquis Scholas quasi secundarias, fuligiosa quaedam

prossus
olha

nostra quaedam et exlex barbaries occupabit. Et si autem mea aetas iam venit: non tamen probo illud
quod Barrolo. Equidem mallem moriens, Scholas passim intelligere, quam optime institutas. Leo deca:
rio vestro nisi meos versiculos, ut in pueros distribuatur. Saleo ejus opera uti in meis rebus isthinc ex:
pedietis. Nihil cum hac res gravabit (ut spero) sine invidia sunt fores musarum. Propinquus meus
Johannes Propola crebrius abest ab urbe. Illi alioquin id necesse deditsem. Neque id offendet (opinor)
quatenquam, quod isthinc hortor reverti: quos ipse irrefertis oculis spectari non isthuc modo, sed quoquo
Verum a nobis profugientes. Dominus est cuius providentia facit, ut nunc florentes, numquid desertis
simus. Et par est ut etiam dissipanti: quam maxime possumus demissis animis subiciamur, nihil maligne
aut malitiose molientes. Vale. Dic salutem tuae conjugii, & amicis Menso, & Erasmo, quorum consuetudo
fuisse videtur, ut huic Johannis modo non oblivisci possis. Liberi Valent, eorum Mater te tuamque
salutat. Bremae. 3 Cal. Novemb. 1577. Amicus & Frater in Domino.

Johannes Molanus.

[Meckama]

Pax Christi.

[Inveia. 12. M. 302] No. 312

Philippe Meckama Juvenis humanissimo, quam Spira scripsisti Epistolam, Bremae
latus, Lugens, accepi. Latus quod bonitas Dei Patris vita nostra, saluum te, & rebus optimis
institutum in Germaniam reduxerit? Lugens, quod charissimi Patris tui, interventu, r. r. r. = mortis
Eus sis e medio cursu studiorum tuorum. Sed cum illo infortunio junctum est aliquid boni
venit quod a periculis Italicae gentis, in sedem patriae tranquillitatem retractus, habet operam
ut tuis fratribus, & propinquis post hac ipse patris loco esse possis. Quousque tandem perges
persequi doctrinam uberiolem? cuius debet tamen quidam esse modus, & finis, alioquin ut
auri & opum: sic eruditionis elegantis cupiditas nunquam expletur. Atque, ut magis in usu
liberali, quam in amplitudine, vera opulentia consistit: Ita mihi scientia, & magnarum
artium vera laus, non tam in immodice semper acquiritur: quam in recte prudentem, utendo
ponenda videtur. Sed non es incertus rerum tuarum, qui ab ipsa statim adolescentia Dei
Patris invocare, ei tua consilia credere, in eorum omnem rerum tuarum spem ponere didicisti.
Patris tui morte scio te gravius commotum esse: sic enim fert natura, cuius storga, arden
tes affectus, certa institutione auferunt etiam, & majores fiunt. Interea tamen non certa
deceat nos oblivisci ejus consolationis, qua dolorem & luctum fidelium Scriptura subleat,
Iva cum dicitur, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλγος τῆς θανάτου τοῦ ἀγαθοῦ. Certo enim per
suasi sumus, non modo nihil mali esse in morte amicorum: sed esse in ea spem summae
beatitudinis, si tamen in Domino, hoc est, in agnitione, fiduciaque Filii Dei
Iesu Christi, moriantur. De tuo autem patre nihil mihi compertum
est, neque quam ipse vitam duxerit: neque qualem vitam sortitus, ut ad
scribendum (ut volebas) idoneus esse non possim. Quid quod mea
canna jam senilis, & stridula, nihil sonans amplius quod laudem mereatur. Et quis
ferat ligna in silvam? Ipse cedis amabile carmen. Tibi autem Patris nobilitas & Virtus,
qua est Epitaphii materia, melius est perspecta, plane ut meam senilem operam non requiras.
Ante friduum habui in manibus, & cum voluptate legi tuum carmen de ebrietate
elegantem & ad amissim factum, unde tuum porquam liberale ingenium facile perspicere
potes. Tum autem illud simul in memoriam venit, quam florentem tunc temporis
habuerimus Scholam & familiam: quae nunc sunt deserta. Audivisti enim (opinor)
postilenti contagione dissipatam fuisse statim a mense Junio nostram omnem cele
britatem, adeo ut ne unum quidem puerum studiosum vel domi haberem, vel in Schola.
At ne nunc quoque ullum habeo, sed tamen bona spe nitimur. Decrevit n. Senatus ut
ad 14. Cal. Decembris instauramus ruinam nostras, DEUM protectorem nostram
pijs precibus invocantes. Quam rem Deo volente octavo ab hinc die feliciter aggre
diar, ut hunc postremum actum vitae meae bona fide ac diligentia tanquam bonis avibus
feliciter.